



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

8. Adiumenta emendationis vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

enim bonus paterfamiliâs quotannis semel rationes omnes datorum, atque accipiorum colligit, ut statum norit rerum suarum; ita Christianus, qui ad negotiandum virtutes est constitutus, præclare agit, si quolibet anno videat, quantâ ad virtutes accessionem fecerit, quæ vitia deposuerit, quas imperfectiones reliquerit; & quantum fieri potest, hunc annum cum præcedenti conferens, si aliquid spiritualis lucri obseruat, Deo gratias referat; si verò detrimentum negligentia sua sit passus, ex animo doleat, stimulosque sibi ad fortius currendum addat.

PARS OCTAVA.

Adiumenta sex emendationis vitæ suæ.

1. *Fuga occasionum.*

AD remedia emendationis vitæ suæ, adiumentaque executionis boni illius propositi, prodest in primis, fugere occasiones, quæ ad tale peccatum solent inducere; ut ludos, malas societates, familiaritatem personarum suspectarum, aspectum oculorum, & id genus alia.

2. *Prætentationis præpulsio.*

2. Iuvat plurimum in principio diligenter resistere tentationibus, excutiendo a te scintillam prævæ cogitationis, antequam

quàm intret & accendat cor. Quod fieri potest, si subito recurras ad orationem, vel nomines sanctum nomē I E S U, vel signes te signo S. Crucis, vel subito ante oculos obicias imaginem Crucifixi Christi, pro peccatis tuis vulnerati, & sanguine manantis, vel è vestigio implores opem B. Virginis.

Terriò iuvat frequens auditio verbi *3. Verbi Dei*
Dei, & piorum librorum lectio. *auditio & lectio.*

Quartò prodest, si quando homo sen- *4. Dura*
ferit rebellionem carnis, asperè, & durè tra- *corporis sui*
ctare corpus, tum dormiendo, edendo, bi- *tractatio.*
bendo, videndo, tum etiam in aliis rebus, *tractatio.*
quæ illi afferre possent voluptatem.

Quintò, Fuga otij necessaria est, quod o- *5. Fuga otij*
rigo & fomes est vitiorum omnium.

Sextò, Efficacissimum est remedium *6. Vfus Sa-*
frequens vsus Sacramentorum, Confes- *cramento-*
sionis & Pœnitentiæ. *rum.*

PARS NONA.

Frequentis Confessionis utilitates eximia.

Quanta Sacramenti huius frequentatio comoda animis adferat, quisq; in seipso plus experiri potest, quàm sermo possit explicare. Aliquot tamen utilitates recensimus.